

THOMAS DE HASELBACH V VIENNENSIS PROFESSOR.



Thomas de Haselbach ingenio præstatiſſimo
erat præditus, atq; ſacris & prophaniſ literis
eruditissimus. Itaq; ordinarius S. Theologiæ pro-
fessor in Academia Vuiennensi ordinatus fuit. E-
rat autem is nimirum diſtufus & prolixus, & ob id
meritò reprehēſioni quorundam obnoxius. Nam
uno & uiginti annis in Eſaia prophetæ legens, nō-
dum peruererat ad finem primi capitū, ſcripsit au-
tem plures alios libros, utpote in Eſaiam, ſuper Sē-
tētias, de quinq; ſenſibus hominis, in Decem pre-
cepta, & Sermones de tempore. Claruit circa an-
num Domini 1410. cum Rubertus Cesar, & Grego-
rius 12 papa Christianum orbem gubernarēt. Trit.